Hildesh. Domschatz 18, fol. 129r

a)

LUCĀ

descenderant. et lauabant retia. Ascendens autē in unam nauim quae erat symonis. rogauit eum. a terra reducere pusillum. Et sedens. docebat de nauicula turbas.

Ut cessauit autē loqui. dixit ad symonem; Duc in altū. et laxate retia uestra in capturā; Et respondens symon. dixit illi; Praeceptor. per totam noctem laborantes nihil cepimus. in uerbo autē tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent. concluserunt piscium multitudinē copiosam; Rumpebatur autē rete eorum; Et annuerūt sociis qui erant in alia naui. ut uenirent et adiuuarent eos; Et uenerūt. et impleuerunt ambas nauiculas. ita ut mergerentur. Luc. xxx viiii Ioh. ccxxii 7 ccxviii

Quod cum uideret symon petrus. procidit ad genua ihū dicens; Exi a me. quia homo peccator sum dnē. Stupor eni circum dederat eum. et omnes qui cum illo erant in captura piscium quā ceperant. Similiter autē iacobum et iohannē filios zebedei. qui erant socii symonis. Luc. xxxi x Sol.

Et ait ad symonē ihs. Noli timere. ex hoc iam. homines eris capiens; Et subductis ad terram nauibus. relictis omnibus. secuti sunt illum. Luc. xxxii ii Mat. xxx Mar. x.

Et factum est cum esset in una ciuitatum. et ecce uir plenus Luc. xxxiii ii Mat. lxiii Mar. xviii

Chroust, 2. Ser., 3. Bd., Lief. XIX
Taf. 7a (= Taf. 427)

a)

LUCA

descenderant et lavabant retia. Ascendens autem in unam navem quae erat Simonis rogavit eum a terra reducere pusillum. Et sedens docebat de navicula turbas.

Luc. xxx / uiiii / Iot. ccxxii / 7 ccxviii

Ut cessavit autem loqui dixit ad Simonem; Duc in altum et laxate retia vestra in capturam; Et respondens Simon dixit illi; Praeceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent concluserunt piscium multitudinem copiosam; Rumpebatur autem rete eorum; Et annuerunt sociis qui erant in alia navi ut venirent et adiuvarent eos; Et venerunt et impleverunt ambas naviculas ita ut mergerentur.

Luc. xxxi / x / sol

Quod cum videret Simon Petrus procidit ad genua Iesu dicens; Exi a me quia homo peccator sum domine. Stupor enim circumdederat eum et omnes qui cum illo erant in captura piscium quam ceperant. Similiter autem Iacobum et Iohannem filios Zebedaei qui erant socii Simonis.

Luc. xxxii / ii / mat. xx / mar. x

Et ait ad Simonem Iesus; Noli timere ex hoc iam homines eris capiens; Et subductis ad terram navibus relictis omnibus secuti sunt illum.

Luc. xxxiii / ii / mat. xviii / mar. xviii

Et factum est cum esset in una civitatum et ecce vir plenus

Hildesheim Dom 18, f. 129r
Chroust, Ser. 2, Lief. 19, T. 7a